

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 9. Occurritur argumentis, quæ objiciuntur adversus dicta capite
præcedenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

chia c. 5. formas Sacramentorum vocat, *invocationes consecratorias*. Ita vero invocatio periculo frustrationis, & falsitatis exponitur, dum ipsam consecratio, seu Sacramentum, exponitur periculo nullitatis. Siquidem Sacerdos v. g. falsò dicit, *absolvo te à peccatis*, si absolution nulla sit; falsò dicit in persona Christi: *Hoc est Corpus meum*, si consecratio nulla sit. Exponit ergo formam consecratoriam, divinique nominis invocationem, periculo falsitatis, eo ipso quo ipsam exponit periculo frustrationis.

62 4^o. eadem virtus, qua prohibet irrita facere Sacra menta, prohibet ea citra cogentem necessitatem exponere certo periculo irritationis; sicut eadem virtus, qua prohibet occidere, vel stuprare proximum, &c. prohibet ipsum citra cogentem necessitatem exponere certo periculo occisionis, stupracionis, &c. Sed religio, & reverentia debita Sacramentis, sive corum Authori, prohibet irrita facere Sacra menta: igitur & prohibet ea citra cogentem necessitatem exponere certo periculo irritationis. Cui exponitur, ipsum administrando cum materia, vel forma incerta, relictā certā.

63 5^o. merito arguitur irreverentia in Deum, qui in Dei cultu adhibet ceremonias probabilitē, vel probabilitē profanas & gentiles, dum potest adhibere certō christianas & lacras. Et qui adorationi exponit hoītiam probabilitē, vel probabilitē non consecratam, dum exponere potest certō consecratam. Igitur & qui in ministerio Sacramentorum adhibet materiam, vel formam probabilitē, vel probabilitē invalidam, dum abhibere potest certō validam.

64 6^o. sacrilegus est, non solum qui formam consecrationis (id est plena formidinis verba, ut loquitur Trid. fest. 17. c. 7.) profert super ligno & lapide; sed & qui sciens & volens sine necessitate exponit se periculo cam proferendi super ligno & lapide. Pariter ergo sacrilegus est, qui sciens & volens sine necessitate exponit se periculo cam proferendi super materia non magis idonea consecrationi, quam sit lignum & lapis.

65 7^o. sicut zelus saluui animarum, & charitas in proximum; sic & religio in Deum juber, ut (quod fieri potest) in ministerio Sacramentorum incertis certa praferantur, iuxta magistralem hanc Augustiniregulam: *tene certum, dimitte incertum*. Homil. 41. inter 50. nunc serm. 393. Item *graviter peccat in rebus ad fiduciam anime pertinentibus, vel ex solo, quid certis incerta preponit*. L. 1. de Bapt. contra Donatist. c. 3.

66 Jure proinde meritissimo S. D. N. Innocentius XI. damnavit propositionem u. 55. memorataam, damnandoque declaravit, cam non esse prædictè probabilem, ceterumque proinde esse, quid pectet, qui in Sacramentis conferendis sequitur opinionem probabilem de valore illius, relictā tutoire, etiam in Sacramenta que confert, non sint tam necessaria ad salutem, quam sunt Baptismus, & Ordino Sacerdotalis, aut Episcopalis; tamen etiam abit specialis iex, conuentio, aut periculum gravis damni incurriendi, solumque proinde adit periculum nullitatis Sacramenti. Ex qua declaratione consequuntur est, Ministrum taliter conferentem adiuv peccatum contra religionem, etiam casu dato, non concessio, quid non peccaret contra charitatem. Contra quam tamen semper peccat, qui Sacramenti fructu (quod magnum semper bonum est) sciens & volens proximum privat, vel privationis illius periculo, abiisque cogente necessitate, ipsum exponit.

67 Dixi semper, *ab que cogente necessitate*. Ubi enim spiritualis necessitas proximi exigit sine mora Sacramentum administrari, nec adest certa materia, sed probabilis dumtaxat, mawult Deus in tali

necessitate succurrī proximo, cum Sacramentorum periculo, quam proximum delittū omni medio; sive mawult, Sacramentum suum periclitari, quam salutem proximi. Cui proinde fuc- carri vult, quantum fieri potest, adhibendo probabilitorem, tutoiremque materiam, qua adhiberi potest. Cum enim pro salute hominum instituta sit Sacramenta, quando simul vitari nequeunt periculum Sacramenti, periculumque talutis proximi, magis providendum est (quantum hic & nunc fieri potest) securitati salutis proximi, quam Sacramenti. Videri possunt Augustinus c. 1. de adulterio, conjug. c. 26. & 28. & S. Leo epif. 37. c. 1. & 2. ubi docet, Baptismum dubium, & non nisi probabilitē validum, administrandum esse in catu necessitatis, in quo certitudo haberi non potest: *ne dum plus iusto metuitur, misericordia Dei salvati cupientibus donegetur*.

C A P U T I X.

Occurrunt argumentis, que objiciuntur adversus dicta capite precedentes.

Objicies 1^o. non appareat ratio, ob quam in 68 ministerio Sacramentorum minus licet sequi opinione probabilem de valore Sacramenti, relictā tutoire, quam in qualibet alia materia. Quod enim in ministerio Sacramentorum, sequendo probabilem opinionem de valore, relictā tutoire, subsit aliquod periculum; ne fiat irritum Sacramentum; non cogit eo in ministerio tutoirem partem eligere, potius quam alibi. Ubi enim ratio probabilis afferit, non fieri irritum Sacramentum, probabile est Sacramentum eo modo recte administrari. Recte quippe administratur, ubi secundum rationem probabilem administratur.

Respondeo, quidquid sit in alia materia (qua de re io. 1. iatis diximus) rationem multiplicem capite precedenti esse producam, ob quam id non licet in ministerio Sacramentorum. Neque enim licet formam sacramentalem, Christi & prima Veritatis nomine prolatam, sine necessitate exponere periculo vanitatis, & falsitatis. Quod periculum quia non abstergit probabilitas opinionis de valore, probabile non est, quod licet probabilitatem istam sequi, neglecta certa via, quā dicte pericula potest occurri. Sicut ex hoc quod probabile sit, hoc vel illud medicamentum lethali in firmo profuturum; quia tamen probabilitas ista non absterget periculum in contrarium; probabile non est quod licet probabilitatem istam sequi, neglecto medicamento certō profuturo, quo periculo mortis infirmi potest occurri. Quavis ergo ratio probabilis afferat non fieri irritum Sacramentum: non sequitur esse probabile quod sequi licet probabilitatem istam, dum alia ratio probabilis ex adverso afferat fieri irritum Sacramentum, & periculo illius irritationis occurri potest, adhibendo viam certam. Neque enim majori prudentia periculo irritationis Sacramentum exponit, dum periculum istud vitari potest, quam infirmus exponatur periculo mortis, dum periculum istud vitari potest. Et sicut ubi ratio vel authoritas probabilis aliquorum Medicorum afferat potum esse venenosum, tamen ratio vel authoritas probabilis aliorum Medicorum afferat potum non esse venenosum, tanta imprudentia forer potum istum bibere, vel propinare, neglecto potu sanitatem, non mortem, certō allaturo, ut nullus Probabilista (nisi fortè laeti sincipitis) adduci posset ad bibendum; ita similiter, &c.

Objicies 2^o. ex eo præcisè quid subsit aliquod 69 periculum, ne fiat Sacramentum irritum, nulla equidem irreverentia nec injuria fit Sacramento,

dum secundum opinionem probabilem administratur. Cum ex una parte Sacramentum prae dentur credatur habitum effectum; ex alia parte si non habeat, Deo (nostris non indigenti) nullum damnum accretus; neque Sacramentum magis capax sit damni, quam emolumenti, ex eo quod revera validè vel invalidè fiat. Deus proinde in Sacramentis à Ministro nihil aliud exigit, nisi ut inculpatè procedat, dum Sacramentum administratur. Inculpatè vero procedit, dum secundum rationem probabilem procedit.

Respondeo negando antecedens. Ad ejus probacionem. Respondeo, imprimis non prudenter credi habitum effectum, si æquè, vel magis probabile sit non habitum effectum. Deinde ex hoc quod Deo & Sacramento damnum nullum accretus, non magis inferri potest, nullam in Deum, nec in Sacramentum irreverentiam committi per administrationem Sacramenti probabili, vel probabilius invalidam, quam inferri queat, nullam in Deum, nec in Sacramentum irreverentiam committi per illius administrationem certò invalidam. Quasi verò tunc folum in Deum, vel Sacramentum irreverentia committeretur, cum Deo, vel Sacramento damnum vere infertur. Quod si verum esset, qui manducat carnem, vel bibit calicem Domini indignus, non efficit corporis & sanguinis Domini: cum nec Deo, nec Sacramento damnum sacrificia sumptione inferat. Ideo autem, eo non obstante, irreverentia in Christi corpus & sanguinem committitur: quia, sicut Angelicus Doctor ait 2. 2. q. 99. a. 1. ad 3. *sicut honor est in honorante, non autem in eo qui honoratur, ut dicitur in 1. Ethicorum; ita etiam irreverentia est in eo qui irreverenter se habet, quamvis nibil nocet ei, cui irreverentiam exhibet. Quantum ergo est in ipso, rem sacram violat, licet ea in se non violetur.* Non itaque Minister eo ipso Sacramentum inculpatè administrat, quo administrat secundum opinionem probabilem de valore, negligètià vià certà. Cum ex reverentia Sacramento debita, teneatur vià certà valori ipsius confidere, si queat, caveretque periculum invaliditatis, quantum in se est. Ad quod etiam adeò teneatur ex lege charitatis erga proximum, atque ex ordine amoris, ut eo ipso graviter peccet, quod in rebus ad salutem, atque ingens animarum bonum pertinentibus, certis incerta proponit.

C A P U T X.

Solis hominibus, non Angelis, data est à Christo potestas Sacra menta confidendi, & administrandi. In qua rūta ministerio, solus Christus est Minister principialis.

70 **S**olis hominibus, non Angelis, data à Christo potestas Sacra menta confidendi administrandi que potestatem colligitur ex Scriptura. Christus namque hominibus, non Angelis dixit: *Cōdite omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Soli hominibus, non Angelis dixit: *Hoc facite in meam commemorationem. Accipite Spiritum sanctum, quorum remissoris peccata, &c.* Nec Angelis, sed hominibus scriptum est: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros, &c.* Tertius demus Apóstolo Hebr. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus, non ex Angelis, assumptus, pro hominibus constitutus in iis quae sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.*

71 Utitur tamen aliquando extraordinariè Deus, pro conferendis Sacra mentis, ministerio Angelorum illorum, quos idem Apóstolus ibidem c. 1. vocat administratorios spiritus, in ministerium missor, proper eos qui hereditatem capiunt salutis.

Tom. III.

Nec rūca dubitandum de valore Sacra menti, si-
cūt nec de veritate corporis Christi, quod Sozomenus Histor. Eccl. l. 6. c. 29. commemorat ab Angele ministratum Marco Eremita. Neque de veritate valore quo ordinatio S. Amphibochi, in Episcopum Icomii, ab Angelis facta, mystice & arcana benedictione. De qua Nicæphorus Calistus l. 11. c. 20. narrat, quod cum Episcopi, longo post tempore, ad cum eligendum ordinandumque convenissent, ubi en eo cognoverant ab Angelis Dei consecrationem eum accepisse, data de tam sacra & divina gratia Deo gloria, us Pontificem Dei cum timore & reverentia hominem admiserunt, & subiit salutem, atque sculo impetravit, ea qua Episcopalis functionis sunt, administrare & execu permisere.

Sed Deus ad hoc nunquam usus legitur ministerio Angelorum malorum. Et nefas est cogitare, tantam esse societatem lucis ad tenebras, conventionemque Christi ad Belial, ut tam sacram tremendumque ministerium ipsis commiserit. Abominanda proinde est doctrina Lutheri lib. de mis. privati, ubi scribere non veretur: *Ego non dám quod Papisté dicunt, nullum Angelorum, nec Marianum quidem ipsum, consacrare posse. Sed econtra dico: si diabolus ipse venires, & ego possem resistere, diabolus sic irrepisse in officium Pa-
rois Ecclesie, in specie hominis vocatus ad prædi-
candum, & publicè in Ecclesia docuisse, baptiza-
re, celebrasse Missam, & absolvisse à peccatis, &
tali manere fundum esse iuxta infestationem Christi,
tunc cogenerat fateri, Sacra menta idem non esse
inefficacia, sed verum Baptismum, verum Evan-
gelium, verum ablationem, verum Sacra menta
corporis & sanguinis Christi accepisse.*

Tamen vero Sacra menta confidendi conferen-
dique potestatem Christi hominibus contulerit; non idem homines constituit principales Sacra-
mentorum Ministros, sed principale ministerium sibi
soli reservavit. Minister enim principalis ille est,
cujus nomine, vice, & Personā totum sacramen-
tal negotium geritur. Non geritur autem nisi
nomine, vice, & in Persona Christi. Ipse proinde
est qui principaliiter baptizat, confirmat, sacri-
ficiat, consecrat, absolvit, &c. juxta illud Joan.
1. *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Quia verba
explicare Augustinus tr. 6. in Joan. Hic est
(inquit) qui baptizat in Spiritu sancto.* Petrus
baptizat: *bis est qui baptizas.* Paulus baptizat:
bis est qui baptizat. Judas baptizat: *bis est qui
baptizat.* Et tr. 5. explicans haec verba Joannis
Baptistæ: *Vidi Spiritum descendente quasi colum-
bam de caelo, & mani super eum. Et ego nechie-
bam eum. Quid in eo non reverat (inquit) tan-
tam potestatem baptizantis ipsius Dominum habi-
turum, & sibi reservatum, sive praesentem in ter-
ra, sive absentem corpore in caelo, & praesentem
Majestate sibi retenturum baptismatis principaliter
confidendi potestatem, ne Paulus diceret, *baptis-
mus mens.* Ideo... nemo Apostolorum dixit, *bap-
tismus mens.* Aliud proinde est baptizare per mi-
nisterium, quod Christus hominibus contulit:
alii baptizare per potestatem, sive proprio no-
mine: Quod quid designat principalem Mini-
strum, Christus sibi reservavit. Illius quippe bap-
tisma est in cuius nomine datur, inquit Aug. 3.
contr. Crescon. II.*

Idemque Apóstolus 1. Cor. 1. Corinthios redar-
guit, quod uniusquisque diceret: *Ego quidem sum
Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cepha: ego au-
tem Christi. Divisi est Christus?... Aut in no-
mine Pauli baptizati estis?*

Et hinc virtus & efficacia Sacra mentorum non
est ex opere operantis hominis, sed ex opere ope-
rato Christi, ut idem Augustinus dicit in loco
proxime relato. Et lib. 2. contra Parmen. c. 14.

B a